

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VII, 03 : De Apro Calydonio](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 03 : De Apro Calydonio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[84\] : De Apro Calydonio](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 03 : De Apro Calydonio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 04 : Du Sanglier de Calydon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 03 : Du Sanglier de Calydon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination213r°-214r°

Du monde

Toponymes[Calydon \(ville\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

fontem conuersa fuit, in quo Bacchus recens natus lotus fuit, vt ait Euripides in Bacchis ;

Αχελαιο θυγατρ	O Acheloi filia
Πέρει, ἰσχυρῆσσι Δίπυα	Verenda virgo Dirce
Τὸ γὰρ ἐκ τῶν ποτῶν ποταμῶν	Olim tua nam fontibus
τῆ Διὸς θυγατρὶ Ἰαλλίῃ .	Iouis cepisti filium .

Cum igitur mutua sit elementorum inter se vicissitudo mutationis, solisq; radii ex Oceano & Terræ suprema parte vapores excitent, inde niues, & gradines, & imbres gignuntur, vt ait Aristor. in Meteorologicis, ex quibus sit incrementum fluminibus: quare filius Oceani dictus est. Terra eius mater dicta est, vel quod ea in aquam, vt in propinquum elementum soluarur, vel quia ex incluso aere in ipsa terra nascantur fluuui, cum in aquam mutatur. cur tauri formam sumplerit, diximus. factus est draco idem, quia sinuoso cursu deferuntur flumina. cum idem assiduus aliquando imbribus non augetur ac placidus sit, humana forma fingitur; ac ob sonitum, taurino capite. Hercules vt ait Strabo lib. 10. Oeneo affinitate coniunctus, & in omnes mortales beneficus fluuuium temerè & cum impetu regionem infestantem aggeribus & aquar ductibus coercuit & extenuauit; eamq; aquam in multos riuulos diductam, quæ prius regionem laniabat, vtilissimam reddidit. Inde dictus est illi fluuio taurinum cornu defregisse, & pro illo cornu abundantia rerum omnium accepisse. Fluuuius igitur paulatim exiccatus eo pacto fabulæ locum dedit, quæ in honorem Herculis ficta est. quid aliud sub hac fabula contineatur, præter historiam, non reperio, nisi q; per prudentiam omnia vel maxime noxia efficiuntur vtilia. cum præsertim illud Hercules prudentiæ quoddam fuit è muneribus; cuius iam sententia fuit explicata. ac nunc de Apro Calydonio,

De Apro Calydonio.

Cep. III.

Sed quoniam nemo propè est antiquorum poetarum, quin aprum Calydonium celebrauerit, nos etiam breuiter, quæ de illo memoriæ prodica sunt, percurramus. fabulantur itaque Oeneum Oetolorum Regem, Calydoniæque imperantem primitias cum frugum, tum etiam domesticorum animalium Dianæ offerre solitum; qui cū sumptui parcere decreuisset, Dianam solitis primitiis defraudauit. ac Sosiphanes in Meleagro memoriæ prodidit, Oeneum Diis omnibus solitum primitias ferre ob eximiam suæ regionis fertilitatem, verum aliquando Dianæ honores præteruisse. illa igitur ob neglectum honorem indignata aprum insignis magnitudinis ac fericitatis, qui in Oeta monte versabatur, in Calydonium agrum immisit, qui vniuersam regionem deuastaret. quod ita breuiter complexus est Ouid lib. 8. Metamor.

Sus erat infestæ famulus, vindexque Dianæ.
 Oeneæ nanque ferant plenis successibus anni
 Primitiis frugum Ceteri, sua vina Lyxo,
 Palladios flauæ laticis libasse Mineræ.
 Captos ab agricolis superos peruenit ad omnes
 Ambitiosus honor: solas sine thure relictas
 Præteritas cessasse ferunt Latoidos aras.
 Tangit & ira Deos.

H h h

Atque

Mythologia

Atque inter cetera damna, quæ illi regioni inferebat, culcissimam Oenei vineam quam Ancus multa diligentia plantauerat, populabatur; in qua educanda & ipse Oeneus, non mediocriter insudauerat, ut ait Hom. Iliad. 1.

ἔτι γὰρ τοῖσι κακῶι χρησίμῳσι δῖτις ἦν ἄρα
χρυσόμοιρον, ἔτι γὰρ θαλάσσιον γίνεσθαι δάκτυλον
ἀνὰ τὸν ποταμὸν, ἀλλὰ δὲ θεοὶ λαίμαργοι ἐκαστὸν ἔβαν.
ὄνδ' οὐκ ἔβαν δὲ καὶ κούρη μεγάλη,
ἣ ἔβαν τὸν ποταμὸν, ἀέροισι δὲ πρὶν ἀνέσθαι.
ἣ δὲ χρυσόμοιρον δὲ γένετο ἰσχυρῶς,
ἄρῳ ἰσχυρῶς καὶ ἀγρῶ ἀγρῶ ἀγρῶ ἀγρῶ,
ἔτι καὶ πολλὰ ἔβαν τὸν ποταμὸν ἀνὰ τὸν ποταμὸν.

10

Suscitat his irata malum Diana, quod illi
Cum superos olim ad conuiuia lata vocassent,
Oeneus, hanc vnam merito priuauit honore.
Sine oblitus enim, seu nescit: haud tulit æqua
Mente, Iouis fore præteritam de semine natam:
Tunc irata Iouis proles Diana ferocem
In vites immisit aprum, qui plurima fecit
Tristitia; qui plantas radicibus eruit imis.
Aequauitque solo pomos cum floribus ipsis.

10

Memorie proditum est Ancum fuisse seruis asperum & inimicem dum eam vineam plantaret, quare vnus ex iis dominum eius vineæ nõ gustaturum esse fructum inquit: at Ancus vbi fructus ad maturitatem peruenit, seruum de ridebat, iussitque sibi vinum miscere: qui, vbi poculum esset ori admoturus, illi fallum fuisse eius sermonem obiecit, cui seruus respondit;

Πολλὰ μεταξὺ πάλαι κέλευται, καὶ χρυσῶν ἀγρῶν.
Multa cadunt inter calicem, supremaq; labra.

30

Cum hæc ita dicerentur, Ancæ plenum poculum tenenti accurrit quidam nuntians ab ingenti apro vineam totam deuillari. tunc Ancus deposito poculo, arreptaque securi in illum aprum irrumpit, a quo vulneratus erus, vt sensit Pherecydes, interiit. Paus. tamen in Arcadicia non solũ Ancum in aprũ irrumpisse, sed cum opem ferret Meleagro Oenci filio ab illa bellæ casum fuisse, memorie prodidit: quem in ventre vulneratum ait Ouid. Postea robustissimi venatores ex vniuersa Aetolia ad hunc aprum cædendum conuenerunt, nã ad Meleagram venit Iason, Theseus & Pirithous, Lynceus, Idas, Ceneus, Leucippus, Acastus, Ampycides, Oeclides, Telamon, Phyleus, Eurytion, Lelex, Echion, Hyleus, Hippafus, Nestor, Panopeus, Polux, Iolaus,

40

Atalanta, Peleus, Prothous, Cometes. At enim multi mortales in ea pugna ceciderunt dentibus eius apri crudeliter laniati. Scripsit Ouid. lib. 8. hunc fuisse a Meleagro in armo casum venabulo, cum tamen Ifacius ab eodẽ Meleagro de hinc in fronte fuisse venabulum dicat, prioremque omnibus Atalantam Iasonis, at non Schænei filiam sagitta aprum percussisse dicat, vt est in hist. 10. 1. chil. 7. apud Zoz. quantæ fuerit magnitudinis hic aper vel ex eo patet, quod vnus eius dens in hortis Casaris fuisse dicitur in templo Liberti patris haud minor vnus pedis & quadrantis mensura. Hæc idcirco celebrata sunt a poetis, vt nullum Deorum cultum impune negligi a mortalibus

bus

bus sciretur; sed omnia quæcunq; graua contingunt, siue sterilitas sit agro-
rum, siue animalium pestilentia, siue immanitas monstrorum, vel propter
neglectam religionem, vel propter hominum improbitatem consilio & pro-
uidentia Dei contingere: quamuis ita occultæ aliquando sunt causæ, vt
videantur naturæ ductu potius, aut congressu astrorum, aut vario solis mo-
tu, quam Dei voluntate & consilio contingere. nihil sit enim horum sine di-
uina voluntate. inde fit aliquando, vt quæ minentur sydera, ob Dei bonita-
tem euascent; ac quæ non fuerant ante visa & præcognita, nos repente in-
uadant: cum omnia & inscè, & consultò, & certo Dei iudicio fiant. atque vt
summum dicam, nihil aliud per hæc significare uoluerunt, nisi quòd pro-
pter peccata veniunt aduersa: colendam scilicet Deorum immortalium esse
religionem, quam nemo sine calamitatibus & impune neglexerit. at nunc
de Centauris dicamus.

De Centauris.

Cap. IIII.

Illa, quæ de Ixione superius explicata fuerunt, nos breuiores facient in
Centaurorum explicatione. Dicuntur Centauri Nubis & Ixionis fuisse
filii: quinati sunt ex illa nube, quam Ixion pro Iunone compressit. Di-
cti sunt autem Centauri, quasi Centuri, cum *κέντρον* pugno significet; quo-
niam primi hi omnium mortalium pugnare ex equis inuenerunt; apud quos
Pelethronius frænu & calcaria reperit, quibus tardiores aut celeriores equi
fræntarentur aut impellerentur. Hi Thesaliæ populi fuerunt Pelii montis
æcola, agrestes planè & implacidi & contumeliosi in omnes viri. grauis pu-
gna inter hos & Lapithas qui dicti sunt ita ab Apollinis & Stilbes Nymphæ
filio Lapithæ, vt ait Posidonius, aliquando exorta est. Nam cum Pirithous
Deidamiæ ducens nuptias celebraret, quòd affines essent Centauri Deida-
miæ, illos etiam ad conuiuium conuocauit. Isti igitur simulac vino inca-
luerunt, & ipsam sponsam, & reliquas Lapitharum vxores petulantius atre-
tate, & violare denique conati sunt. Id Lapithis non ferentibus grauis pu-
gna in ipsa Regia committitur, multiq; ex Centauris in ea ceciderunt,
Theseo præsertim adiuuante Pirithoum, vt patet in scuto Hesiodi his carm.

*Ἦδ' ἄνδρῶν ἠανθίων ἀχρονέων
καρῖα ἀφ' ἰούνα. Ἰριότατι κεντήσσει
ἐκείαδ' ἰλάσσειτε φάλαγγες, πρὸ λαχίσει.
πλάτῃ δ' ἀπυλλίου. τριπορίων, ἴλα ἀρετῆ.
Ἰριότατι ἀπυλλίου ἰπρὸ λαχίσει ἀπυλλίου
ἀπυλλίου. χριότα ἀπυλλίου τριότα ἀχρονέων
καρῖα ἀφ' ἰούνα. Ἰριότατι κεντήσσει*

Hic inerat Lapithæ pugnaz genus, inclyta pubes.
Cænea, Pirithoumq; Dryantaq; & Hoplea circum
Pugnantes; circa Prolochum, Exadium, atq; Phalerum,
Mopsunq; Ampyciden Titaresion. hic quoque Theseus
Aegides aderat similis Diis ille supernis.
Auræa tela viris aderant, argentea membra.
Parte alia stabant Centauri deinde frequentes.

Ad extremum vero victoria penes Lapithas fuit, ac Centauri in fugam versi
de suis sinibus pelluntur, vt videtur tessari Orpheus in Argonauticis;